



**Sermones prestantissimi viri Roberti de Latio: ordinis  
Minoru[m] sacre theologie professoris: pontificis  
Aquinatis**

**Caracciolo, Roberto**

**Lugd., Anno d[omi]ni. M.ccccxiiij. vi. no.Maij.**

Feria. iiij. de morib[us] iesu [christ]i: [et] qualiter a[n]i[m]am sua[m]  
benedicta[m] cu[m] passionib[us] regulavit. Sermo. xviiij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

Feria. III. post do. III. aduētus.

propterea dicuntur oēs iste penalitates in nobis attrahere quasi ex cōcursu duoz tracte. s. propagatoris nature: et corruporis cōcupiscētie. In xpo autē secus. Ipse em̄ neutro modo fuit ppagatus: nec fm̄ propagationē legis naturalis: nec fm̄ corruptionē libidinis: s; spūs sanctus adueniēs in ipsa virgine et ipsam fecundans: carnē eius ab oī feditate corruptionis purificauit: passibilitatem autē reliquit. Et illa autē carne ipse filius dei edificauit sibi corpus imaculatū: et illud corp⁹ vniuit et sibi et anime rōnali: que quidē imunitates habuit a culpa: et in se et in carne cōiuncta. Et sic imunitatē habuit a reatu culpe: sic fm̄ ordinē diuine iusticie imunitatem habere debuisset a passibilitate miserie. Ergo in carne illa remāsit penalitas hoc fuit ex dispēsatione ipsius assumptis: concurrēte simul acceptiōe illi⁹ aie rationalis: q̄ in primo instāti sue creatio nis habuit vsum cognitiois: et placuit sibi tali corpori vniiri propter salutē generis humani. Et sic p̄t q̄ tales effect⁹ in xpo fuerūt nō necessitate gnationis: s; volūrate dispēsatiois. volūrate iquā dina pueniēte: sed volūrate creata comitante. Dicim⁹ autē fuisse a volūrate dina nō tanq̄ infligēte de nouo: s; tāq̄ a relinquēte in acceptione aie xpi: cū in ei⁹ arbitrio esset et p̄tate defectus illos excludere. hec Bonauē. in. ij. dist. xv. ar. s. q. ij. Cōsideremus ergo nos q̄ saluari cupimus: qualr aia eius bñdicta ab instanti sue creatiois puidit oēs labores quos ipse passurus erat in. xxiiij. ānis in huius vite peregrinatioe. Preuidit q̄ in p̄sepio frigore et pauprate cruciari debebat: q̄ in desertis egypti cū matre paupcula esset peregrin⁹ futur⁹: q̄ in terra aliena penuriā sustineret: q̄ in ieiunijs: orationib⁹: et vigilijs: et sui corporis vulneribus a iudeis illatis esset fatigandus. Et tñ prompte benigne et liberaliter dixit: Magis contēto: naturā humanā assumere cū penalitatibus vt saluet mūdus: q̄ sine penalitatibus

vt dānetur mūdus. O pelagus amoris iesu xpi. O fornax succēsa nimis illius aie bñdicte. Quō poterimus nos dñi cūli condignas et debitas gratias psolūere tātō redēptori: q̄ nō nisi ex amore tā stupenda facere dignat⁹ est in assumpta carne. Amor: fecit eum lachrymari. Amor: fecit eum peregrinari. Amor: fecit eum vulnerari. Amor: fecit eum in cruce mori. O anima insignita imagine dei dilige xpm. Dilige inquit illū qui est tot⁹ legittim⁹ spōsus: que vides amore tuo nūc vagientē in p̄sepio: nūc fatigatum in itinere: nūc orātē in solitudine: nūc sētē in cruce: vt te ducat ad regnū eterne bñtudinis: in q̄ ipse xps regnat. Amen. ¶ Feria quarta post tertiā dñicā aduētus de moribus iesu xpi: et qualiter animam suā benedictas cū passionibus regulauit.

Sermo. xvij. ¶ Iesus rectus morib⁹. Fructus. xvij.



**E**dus autē vestrū rē. vbi. s. Quā in p̄cedenti fructu de defectibus a xpo assumptis alijs qua diximus in generali:

cōueniēs est vt in presenti sermone alijs quid dicam⁹ in speciali de ipsis defectibus: fm̄ q̄ respiciūt aiam rōnalē: q̄ ipse dei fili⁹ et verbū caro factus tam ex parte corporis q̄ ex parte aie ordinatissimus adeo fuit: vt nihil supflū aut diminutum in assumptione nostre nature valeat in ipso reperri. Et quoniā in aia est potētia irascibilis: iccirco videbimus quēadmodum christus quātum ad ista tria animā suā benedictam cum passionibus regulauit. Erit autē fructus huius sermonis Iesus rectus moribus. Pro cuius declaratione tres conclusiones sunt notande.

- Prima d̄: ex dñsionis.
- Secūda d̄: cōtristationis.
- Tertia d̄: cōrurbationis.

¶ Quia christus nō habuit defectus igno-

rantie. Copm. h

**Q**uoniam conclusio de exclusionis  
 Nam dominus noster iesus christus quan-  
 tum ad potentiam rationales  
 voluit a se excludere defectum  
 ignorantie: ut docet magister sententiarum  
 di. xv. c. ij. tertij libri. Et ratio est secundum Bonaventuram  
 dist. predicta. ar. ij. q. ij. quia nec christus dece-  
 bat nec nobis expediebat. Christum non dece-  
 bat: quia anima eius debuit esse deiformis ac per  
 hoc repleta luce sapientie et rectitudine  
 iusticie. Ignorantia autem privatio est scien-  
 tie: et potest esse via in errorem et obliquationem  
 non a rectitudine iusticie: ac per hoc christus non  
 competebat. Nobis etiam non expediebat  
 quos venerat redimere dirigere et doce-  
 re. Quod facere non potuisset si habuisset  
 defectum ignorantie. Unde est quod Anselmus  
 ait in libro. Cur deus homo. Illa assumptio  
 in unitate persone filij dei non nisi sapien-  
 ter a summa sapientia fiet: et ideo non assu-  
 met in homine quod nullo modo est vitale. Et ite-  
 rum ideo. Quia tota et tanta faceret opera  
 sine immensa sapientia? Et iterum. Quia illi  
 crederent homines: si illum sciret nescientes?  
 Si autem nescieret ad quid erit vitale ei  
 ignorantia. Sed circa hoc contingit du-  
 bitare: primo quia Johannes damascenus  
 loquens de verbo incarnato ait: oportet  
 scire quod servile et ignorantem naturam christus  
 assumpsit. Secundo quia Leo papa in ser-  
 mone de epiphania ait: Adoraverunt in-  
 fantem in nullo ab aliorum generalitate  
 discretum. Sed generaliter alij in fantes  
 sunt ignorantes: ergo et christus in sua infan-  
 tia habuit ignorantiam. Tertio arguit  
 quia scia inflat. Sed christus summe se humi-  
 liavit et defectus nostros assumpsit: qui  
 faciunt ad humilitatem: ergo debuit habe-  
 re defectum scie. Ad hoc respondet: et pri-  
 mo quantum ad primum secundum dominum Bonaventuram. Quod  
 Damascenus non attribuit ignorantiam et  
 servilitatem nature assumpte ratione istius  
 singularis nature que fuit verbo copu-  
 lata in unitatem persone: sed quantum  
 ad alias naturas conformes in specie: quod  
 si diceret. Assumpsit naturam nostram que  
 est ignorantia non in christo: sed in nobis. Ali-  
 ud dictum Leonis pape est. Ad quod respon-

detur quod loquitur de christo quantum ad ea que  
 exterius apparebant. Ad tertium di-  
 citur quod dupliciter est loqui de scia. Aut  
 put est absque charitate: aut put est cha-  
 ritati coniuncta. Si loquamur de ipsa per  
 se est a charitate diuisa: sic dicit apostolus  
 quod inflat. Si autem accipit put est chari-  
 tati coniuncta: sic non est via ad inflationem  
 sed potius ad rectitudinem et edificationem  
 non. Et hoc demonstravit in christo. De cuius scia  
 in sequentibus plenius loco suo dicemus.  
 Nunc autem quantum ad presens propositum  
 nobis sufficiat intelligere quod christus ignoran-  
 tiam nullo modo secum habere voluit. Ex quo  
 colligimus quod graviter errat qui ignoran-  
 tiam studet magnificare: quasi in ea aliquid  
 perfectionis inveniat. Quos quod aliquid  
 ut dixerim quasi bestiales et brutales: Nam  
 ut scribitur. xxxvij. di. c. ignorantia. Ignorantia  
 est mater cunctorum errorum. Et  
 de qua Augustinus in li. de verbis apostoli dicit:  
 Pessime matris ignorantie: pessime  
 inde filie due sunt falsitas et dubietas.  
 Illa miserior: ista miserabilior: illa per-  
 nicio: ista molestior. Quare christus in  
 exemplum debet esse omnibus ut igno-  
 rantiam fugiam.

Quod christus habuit potentiam concu-  
 piscibilem. Cap. ij.



Secunda conclusio dicit con-  
 tristationis. Voluit namque  
 deus quantum ad potentiam  
 concupiscibilem contristari  
 secundum illud Mat. xxvj. Tristis  
 est anima mea usque ad mortem. Et iterum  
 ibidem. Et cepit contristari et mestus esse  
 Hoc idem patet: quia fleuit super hieru-  
 salem: ut scribitur Luc. xix. Et ratio est  
 secundum Richardum dist. xv. ij. li. arti. ij.  
 q. ij. quia sicut ex coniunctione rei amate  
 cum apprehensione eiusdem causatur  
 in appetitu passio delectationis: sic ex  
 coniunctione rei odite cum apprehen-  
 sione eiusdem causatur in appetitu pas-  
 sio tristitie. Et quia res de primo et cer-  
 titudinaliter futura consideratur quas  
 si iam presens: propter instantem propin-  
 quitatem et infallibilitatem: ideo non solum

Feria. III. post do. III. aduētus. Ser. XVIII

respectu rei odire cū est p̄sens: sed etiā respectu rei odire infallibiliter ⁊ de p̄ximo future est passio tristitie. **Uñ** h̄m p̄b̄m in. ij. rhetorice. illi q̄ iā decapitant nō timēt vidētes sibi necessitatē immi- nere: sed tristātur. Et iō q̄ sensualitas aie xp̄i mortē recusabat cū apprehendit ipsam vt de p̄ximo ⁊ infallibiliter ven- turā fuit in eius appetitu sensitiuo pas- sio tristitie. ¶ Sed contra hoc arguere possumus: q̄ vt dicit p̄b̄s. ij. Ethic. Ea- dem magis eligēda sunt sine tristitia q̄ cū tristitia. Sed xp̄s optime sciuit elige- re: ergo magis debuit redimere genus humanū sine tristitia q̄ cū tristitia. vt p̄s Esa. xliij. c. vbi de xp̄o d̄: Non erit tri- stis neq̄ turbulētus. ⁊ Prouer. xij. Non cōtristabit iustū quicquid ei acciderit. ⁊ Sene. p̄bat multiplici rōne q̄ tristi- cia nō cadit in sapientē. Et fundamen- tum sue rōnis est: q̄ virtutē nihil ledes- se p̄t: sicut nihil p̄t eas auferre. Ergo si xp̄s de sapiēs fuit: ⁊ virtutē incōcul- sam habuit: passionē tristitie nō sensit. **Amplius.** Nullus tristat nisi de eo qd̄ sit cōtra voluntatē suā. Sed cōtra volū- tatē xp̄i nihil fieri potuit: ergo nō vide- tur q̄ in se tristitiā habuerit. ¶ Respō- detur ad hoc h̄m dominum Bona. dist. xv. ar. ij. q. s. ij. li. ⁊ Rich. ibidē q̄ potest esse triplex tristitia.

Prima est p̄ter rōnis imperiū.

Secda est p̄ rōnis iudiciū.

Tertia est subiecta rōnis imperio.

¶ Prima tristitia est q̄ consergit ex qua- dam necessitate ⁊ surreptione: sicut mo- tus p̄mit. Et hec quidē cōis est sapien- tibus ⁊ insipientibus: bonis ⁊ malis.

¶ Secda tristitia est in qua rō subiecta sensualitati: nec tm̄ turbat: sed etiā per- turbat. ¶ Tertia tristitia est q̄n̄ q̄s tri- statur rōne dictate ⁊ suadete ipsum tās- tus ⁊ taliter sup̄ aliquo debere tristari.

Et isto tertio mō fuit de in xp̄o. Duob̄ aut̄ p̄mis modis nō fuit in eo tristitia Et h̄m hoc soluunt autoutates in cōtra- riū adduce. Ad illud h̄o qd̄ vltimo ad- ducebat: q̄ nihil cōtra voluntatem xp̄i

euēnit: dicēdū q̄ hoc est verū de volūta- te rōnis absoluta: nō aut̄ est verū de vo- luntate sensualitatis: vel de volūrate cō- ditionata. Cōtristatus est ergo xp̄s cū videret suos labores ⁊ hōim ingratitu- dinē: ac multoz p̄ctā ⁊ dānationem. Et q̄ oia tā p̄terita q̄ p̄sentia q̄ etiā futu- ra clare videbat ab instanti sue p̄ceptio- nis: iccirco sepius contristabat ⁊ afficie- bat merore: adeo vt de ipso legat̄ i qua- dam epla q̄ visus est flere: videre: aut nunq̄. O p̄p̄ie mens humana moueri debet cū xpm̄ dei filiū. xxxij. annis sem- per in amaritudine cōtrēplaf. Vide quō- vide queso o aia mea: ⁊ inspice diligen- ter qualiter b̄ndictus iesus semp̄ tristat siue sit puerulus in cuna vagiēs: siue sit in maternis brachijs semp̄ gestatus: si- ue sit in medio doctorz: siue sit in conui- uijs: siue p̄ter se cū discipulis: siue doc- ceat in tēplo: siue mirāda operet. Inter roga ipsum ⁊ dic ei. O leticia angeloz. O gaudiū aiarū sanctarū. Cur nō leta- ris inter honores? Et statim dicit tibi: O aia mea: ego cōtristoz p̄pter te. Ego cōtristoz p̄pter p̄ctā tua: p̄pter q̄ ego nō nisi dolere debeo. Ego cōtristoz q̄ vi- deo quot angustijs: quot cruciatibus: quot laboribus: te aia mea exq̄ro. Et tū ob ingratitudinē ⁊ ignoratiā de me nō curāt: me fugiūt: me spernūt: ⁊ diaboli sequētes me abominant. Contristabat ergo xp̄s ob multas h̄mōi cās: ⁊ quāto plura videbat ⁊ cognoscebat voluntas- ti sue contrariari: tanto vehementior in eo erat tristitia.

¶ Quia christus potentiam irascibilis ha- buit.

Cap. iij. **E**tia cōclusio d̄: cōturbatio nis. Scdm̄ em̄ catholicā veri- tatē in xp̄o fuit cōturbatio ⁊ ira quātū ad potentia irasci- bilem: sicut p̄s Job. ij. q̄n̄ eiecit venden- tes ⁊ ementes de templo. ¶ Sed cōtra hoc obijā p̄mo h̄m Augu. de ciui. dei. Perturbatio passionū a sapientibus et bonis ita regitur: vt malint eā nō habe- re q̄ vincere. S; dicit Greg. li. v. moral.

Feria. V. post do. III. aduentus. Ser. XIX

¶ Ira per zelū sapiētes turbat: ergo cuius  
 rps fuerit sapiētissim⁹ & optimus: ma-  
 luit eā habere q̄ vincere. Itē sup illud  
 Job. v. Virū stultū interficiat iracūdia:  
 Grego. dicit: Ira sicut per vitium oculū  
 mentis excecatur: ita per zelū turbat. Sicut  
 oculos mētis in xpo nec excecari potuit  
 nec turbare: cū ipse esset in continuo vsu  
 cōtēplationis: ergo nō videt q̄ aliqua  
 affectio ire in eo fuerit. ¶ Respōdet ad  
 hoc s̄m Ricb. in. iij. dist. xij. ar. iij. q. iij.  
 q̄ ira tripliciter pōt accipi. Uno mō p  
 superabūdantia que s̄m p̄m. iij. Etb.  
 xij. c. d. iracūdia. & sic ira nō fuit i xpo.  
 Alio mō accipit ira p volūtate iudicā-  
 di aliq̄d male factū: & sic ira est in apeti-  
 tu intellectū: & hoc mō fuit in christo.  
 Tertio mō accipit ira p quadā passione  
 appetitus sensitīui insurgente ex appie-  
 hensione illate iniurie: vt possibilis vin-  
 dicari s̄m cū difficultate. Si em̄ app-  
 hendat iniuria vt nō possibilis vindica-  
 ri: nō insurgit nisi passio tristitię. Sicut  
 apprehendatur vt possibilis vindicare  
 absq̄ omni difficultate: tūc nō insurgit  
 passio ire: q̄ tūc talis vindicta nō ap-  
 prehenditur sub rōne ardui. Hoc tertio  
 mō fuit passio ire in appetitu sensitīuo  
 aīe xp̄i: ex hoc q̄ apprehendebat, inferri  
 deo iniuriā a pctōibus quantum in eis  
 erat: que iniuria possibilis erat vindica-  
 ri cū difficultate: s̄m nō ex parte dei: sed  
 ex parte pctōz rebellū & diffialiū ad pe-  
 nitētie susceptiōem & ex parte nature  
 humane si suis naturalibus relinquere-  
 tur. Hoc tñ passio in xpo nō fuit contra  
 imperiū rōnis: nec preter imperiū: nec  
 de necessitate: sed ad imperiū volun-  
 tatis: & s̄m rectum ordines rōnis. ¶ Ad  
 primum ergo dicit Ricb. q̄ quis ira p  
 zelū turbet hoīes sapiētes alios a xpo:  
 s̄m xpm nūq̄ turbauit: q̄ sicut dispē-  
 satūe factū fuit q̄ gloria aīe xp̄i in cor-  
 pus & sensualitatē nō redūdaret: ita dis-  
 pēsatūe factū fuit vt passio partis sen-  
 sitīue in nullo rōnem turbaret. ¶ Ad se-  
 cundum dicit q̄ ira per zelum in alijs hoī-  
 bus turbat in aliquo rationem ad tem-

pus propter debilitatē intellectus eoz.  
 In xpo autē fuit semper intellectus for-  
 tissimus & clarissim⁹: ideo nullo modo  
 turbari potuit. Quare si recte sapere vo-  
 luerimus atq̄ sentire: dicimus q̄ rps  
 passionē ire in se suscepit contra duriciē  
 pctōz impenitentū: nō solū eoz q̄ tūc  
 erant: sed oīm quocūq̄ taz presentū  
 q̄ futuroz: ex quo mēs eius iusticie ze-  
 lo succensa commouebat cōtra pctōies  
 obstinatos & duos. Non enim sine cau-  
 sa allocutus est blande peccatricem pe-  
 nitentem deprehensam in adulterio: la-  
 tronem pendentem in cruce: & reliquos  
 de quibus legitur in euangelijs. Phari-  
 seos hō dura increpatione asperxit ver-  
 bis & facie tremebunda reprobendit et  
 increpauit: qm̄ sicut ex rōne mitis eē de-  
 bebatur & pius peccatoribus penitentib⁹  
 ita econuerso seuerum & durū debebat  
 se ostendere impenitentibus & obstina-  
 tis: sicut etiam in die iudicij manifesta-  
 bitur qm̄ congregabuntur ante ipsum  
 omnes gentes. Tūc videbunt qui dus-  
 ri sunt qui conuerti nolunt: qui penitē-  
 tiam negligūt: q̄ grauis erit ira filij dei  
 qm̄ sine vlla compassione proferet furis  
 bundam & tremebundam sententiam:  
 Ite maledicti in ignem eternum &c. O  
 q̄ iracūda erit tūc reprobis facies sua.  
 O q̄ terribilis erit tūc eius aspectus.  
 Non est presentis disputationis in tali  
 bus dilatarī. Sed hec pauca diximus  
 ad ostendendū q̄ rōnabiliter ira fuit in  
 xpo: q̄ est b̄dictus in sc̄la. Amen.  
 ¶ Feria quinta post tertiam dominicaz  
 aduentus de gratia capitis nostri qua-  
 liter iesus gratia est & caput omniū nos-  
 trum. Sermo. xij.  
 ¶ Iesus caput pponit. Fructus. xij.  
**¶ Edius autez.**  
 Iterū vbi. s̄. Congregauit in vnum electos suos  
 os dñs iesus christus: q̄  
 bus eandem dedit regu-  
 lam charitatis: qua fit vt s̄m sententiā  
 apostoli multa membra vnum corpus

